

783 domino nostro. | Fl. Theodosio | Augusto | Faltonius Probus | Alupius v. c. praef. urbis.¹

Romae in Vaticano, fortasse rep. in amphitheatro Flavio (VI 1185). — 1) Alypius praefectus urbis fuit a. 391 (cod. Theod. 14, 2, 2); cf. praeterea de eo Seeck Symm. p. XCVIII.

784 d. n. Theodosius perpet. Aug. ob diem felicissimum X¹.

Prope Emeritam Lusitaniae rep., est Matriti, clipeus argenteus, in quo repraesentati sunt imperator diademate ornatus (Theodosius) cum duobus filiis, quorum alter (Arcadius) sceptrum et globum tenet, alter (Honorius) globum tantum; inscriptio legitur in margine circuitus (II 483 cf. Huebner antike Bildwerke in Madrid p. 213 n. 472). — 1) Decennalium. — Decennalia celebravisse putandus est Theodosius ineunte anno 388, utpote imperator factus d. 19 Ian. 379.

785 ddd. nnn. | FFF[III.] Valentin. | Theodosio et | Arcadio [p]iis fe[l]icibus victoribus | et triumfatoribus semper Aug., | ad solacium la[vo]ri[o]sae festinationis.¹

Assi rep. (III S. 7080, descr. Sterret). Tituli hic et N. 786 positi inter annum 385 quo Arcadius Augustus dictus et Gratianus interfectus est, et a. 392, quo interfectus est Valentinianus iunior. — 1) Quid significetur, nescio (fortasse verba non bene expressa ex Graeco). [Opifices taedium festinati laboris compensant honorantes eo absoluto principes (Mo.).]

786 [aureo saeculo ddd. nnn. Valen]tiniani¹ Theodosi et Arcadi perp. [Augg.] m flaminum perpetuorum.

In provincia Africa loco dicto Henchir Ain Tarf esch Schna, ubi fuit municipium Apisa maius (VIII 782). — 1) Valentiniani nomen consulto erasum esse ex ectypo notavit Huebner (vol. VIII p. 979); factum id esse putat Mommsen temporibus Eugenii (cf. N. 790/4); eum etiam in Africa agnitum esse inde intellegi.

787 Quinto fl. p. p., sac. prov.¹— || Salvis ac toto orbe vin[cen]tibus² | dddd. nnnn. FFFFIII.³ | Valentiniano Theodosio | Arcadio et Maximo⁴ semp. August.³, | ob meritum magnifice legationis quam pro voto totius | provinciae executus est et [per]egit Quintus vir laudabilis | sacerdotalis: huic cupiens | competentibus meritis | respondere totius pro|vinciae consilio ad. | decreto ord. | n. | i. po. | s. p. p.⁵

Henchir Djorf bu Grara in ora provinciae Tripolitanae, ubi fuit Gigthis (VIII 27 vidit Wilmanns). — 1) Quinto flamini perpetuo, sacerdotali provinciae. — 2) vintibus lapis. — 3) Quattuor dominis nostris Flaviis. — 4) Maximi nomen erasum. Maximus est, qui a. 385 Gratianum interfecit et a. 388 a Theodosio victus et interfectus est. Hunc non solum collegam dici voluisse Theodosii sed ab ipso Theodosio per aliquod tempus pro collega agnitum esse tradit Zosimus 4, 57 confirmatque hic titulus. — 5) Litterae singulares, teste Wilmannsio data opera relictiae ex inscriptione antiquiore erasa, ut legendum sit: consilio ad(que) decreto ord(inis) n(ostr)i pos(ita) p(ecunia) p(ublica).

788 dd. nn. | Magno Maximo et F[l.]¹ Vic[tor]i invictis et perpetuis | Augustis, b. r. p. n.² | IIIII.

Prope Brixiam rep., lapis miliaris (V 8050 vidit Mommsen). Similiter inscripti lapides prodierunt in Italia superiore complures (cf. C. V p. 1162), prope